

Paulina omnium nobilissima habentur, conferamus. Uti enim laudatus Apostolus instar σοφῆ δεχτέκτον, 1. Cor. III. 10. fundamentum religionis Christianæ optimè posuit, coagmentando doctrinam suam Apostolicam cum doctrina Prophetica, inque omnibus suis epistolis ἔθεν ἐκτὸς ἐκείνων, ὧν τε οἱ προφηταὶ ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς, locutus est, Αἴτορ. XXVI. 22. ita imprimis id præstitit in aurea sua ad Romanos Epistola, in cuius initio statim ad veri Dei de filio suo provocat Evangelium, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτῶ ἐν γραφαῖς ἁγίαις, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis Sanctis, Rom. I. 2. Quare, cum non ita pridem specimen aliquod huiusmodi συμβεβασμῶν in Loco de SCRIPTURA SACRA tanquam τῶν τῆ σοφίας ἀνωθεν κατερχομένης ταμείω, publicè de-derimus, animus jam quoque fert, ἵνα θεῶν ἅνω συμβεβάζοντ, idem in Loco de DEO VNO ET TRINO, quem cum totius Græciæ olim Compendio, Martino CRUSIO in Compendio Theologiæ D. Jacobi HEERBRANDI, ab ipso Crusio Græca civitate donato p. 37. jure meritò τὸν πρώτον καὶ μέγιστον πάσης τῆ Θεολογίας τόπον vocamus, tentare, illud quoque hac in parte nostrum facturi, quod Petrus apud Clement. Alexandr, Stromat. Lib. VI. dixisse fertur: ἔθεν ἄτερ γραφῆς λέγομεν. Ipse autem μονοθεῖ καὶ τρισυτάτ, ὁ θεὸς ingressum meum instruat, progressum dirigat, egressum compleat per CHRISTVM Dominum nostrum. Amen! Estō itaque ζύνθε θεῶν παλάμη

THESIS I.

Fides de DEO, in Trinitate uno, & in unitate trino absq; Personarum confusione. ac Substantiæ separatione, est catholica.

Ἐκθεσις.

ead vice lo-
hum DEO
VNO &
TRINO
cum Ora-
culis Roma-
no-Paulinis
collaturi.